# Heves Megyei Levéltár

# Egri Káptalan Hiteleshelyi Levéltára

# XII-1/41 No. 499. 291-294. pag.

# 1640

Sed incauto potius Animo, Consequenter haud Maturâ, et recta Animi voluntate Interpositam Revocant, Retractant, et mortificant, et pro Inrigorosa pronunciant, ac Fassioni adversus Spem incautam illam Contradictionem Interposuerunt, Sibi, et Successoribus suis standum esse, Tenoriq[ue] ejus semet per Omnes suas Clausulas velut rationabiles Accomodaturos declararant, palam publice et manifeste. Super qua Revocatione, Reclamatione, et Reprotestatione praevie inprothocollata solitas Testimoniales expetunt. Super qua hujusmodi Modalitate praedeclarata, Interposita, ac Nobis ut praemissum est: Ad authenticandum Scripto exhibita et praesentata Reclamatione, Revocatione, et Reprotestatione praesentes Litteras Nostras Testimoniales, Sigilli Nostri Capitularis usitati, et authentici Munimine roboratas, Jurium eorundem Revocantium, ac Quorum Interest, futuram ad Cautelam deservituras, extradandas duximus, et Concedendas Communi suadente Justitia. Datum Agriae ipsa Dominica Secunda post Epiphan[iam], In diem decimam Sextam Mensis January incidente. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quarto.

Cum Originali Comportatum

Transumptum Metalium Reambulatoriarum Possessionum Tenen=monostora, et Halásztelek Cottus Exterioris Zolnok situatarum inprothocollatum A[nn]o 1640. et eo tum etiam expeditum. 499.

Nos Capitulum Ecclesiae Agriensis, memoriae Commendamus, tenore praesentium significantes, Quibus expedit universis: Quod Reverendus Georgius Deobrodi alias Szabó, Parochus Possessionis Zayott, necnon Nobiles Blasius Kun, Petrus Repas, et Michaël Nagy, Incolae, et Inhabitatores ejusdem Possessionis Zayot Nostram personaliter venientes in praesentiam, exhibuerunt Nobis, et praesentaverunt binas Literas, unas quidem, Nomine Thomae olim Vayvodae Transylvaniae, et Comitis de Zolnok super Reambulatione Metarum Possessionis quondam Tenen=monostora dictae, in Comitatu de Zolnok existenti, et Dabitae in pargameno patenter Confectas, et emanatas, Sigilloque ejusdem majori ab extra medietati

earundem

earundem Literarum impressive munitas, Alteras vero Insu
Idem super metarum Reambulatione Possessionis Halas-
telek dictae, in praefacto Comitatu de Zolnok existentis da-
tas Relatorias, similiter in pargameno sub pendenti, et
authentico Sigillo nostro privilegialiter Confectas, et forma-
tas, tenores infra scripti, petentes Nos debita cum Instantia,
ut Nos Litteras ipsas, alijs Litteris nostris patentibus, impri-
mis Protocollo nostro inscribere, de verbo ad verbum tran-
sumi, et transcribi facere vellemus. Harum scilicet
primarum prememorati olim Thomae Vajvoda tenor talis
est. Nos Thomas Vajvoda Transylvaniae, et Comes de Zolnuk,
tenore praesentium significamus, quibus expedit universis,
quod Vir Discretus Magister Petrus Praepositus Ecclesiae
de Zenen, Capellanus noster dilectus, ad nostram accedens
praesentiam, exhibuit Nobis quasdam Litteras Honorabilis
Capituli Ecclesiae veteris Budae, formam nostri Judicii
continentes, petens Nos, ut easdem in formam nostrarum
Litterarum patentium transcribi faceremus, majori quo
Cautela, atque cum eisdem Confirmare. Quarum tenor talis
est, Magnifico Viro Domino Thomae Vajvoda Transylva-
nico, et Comiti de Zolnok Capitulum Ecclesiae Budensis
sincera Reverentia Continuum incrementum, Vestra nove-
rit Magnificentia, quod cum Nos Literis Magnitudinis
vestrae per Discretum Virum Magistrum Petrum Prae-
positum de Zenen, Nobis exhibitis, ut tenemur omni
reverentia receptis, ad peragendum, seu exequendum
Negotium in eisdem Literis Magnitudinis vestrae expres-
sum, una cum Dominico Filio Jak Homine Magnificen-
tiae vestrae, Magistrum Stephanum Clericum Chori Eccle-
siae nostrae pro Testimonio misissemus, Idemque postmo-
dum ad Nos reversi, Nobis concorditer retulerunt, quod
cum ipsi in Octavis Beati Georgii Martyris proxime prae-
teritis, ad faciem Possessionis praefati Magistri Petri
Praepositi Zenen monostra vocatae, in Comitatu de Zolnuk
habitae accessissent, et eandem per veteres, et antiquas metas
suas, quas Stephanus Filius Ivan, et Gregorius Filius Thomae,
Egidius Filius Augustini, ac Stephanus Filius Budor, no-
biles

bilis de Zaÿth Commetanei ejusdem Possessionis Igenew Mono-
stora demonstrassent, Convocatis, & praesentibus universis Vici-
nis, & Commetaneis earundem reambulassent, & a dicta Possessione
Zaÿth vicinea, & Commetanea separassent, & distinxissent, ac prae-
notato Magistro Petro Praeposito, & Ecclesiae suae memoratae
perpetuo possidendam, reliquissent, quae quidem metae ut rete-
lerunt hoc Ordine distinguuntur, quod incipit prima meta
a Sanctuario Monasterij Beati Petri Apostoli, in eadem Ige-
new existentis, & tendit versus Occidentem, modicum fle-
ctendo ad Septemtrionem, et vadit ad unum fossatum ma-
gnum, & antiquum, & ibi super ipsum fossatum est una me-
ta Terrea, deinde per eandem plagam currit ad unam me-
tam terream, quae est in terra arabili, ab hinc versus ean-
dem plagam vadit ad quoddam fossatum, quod est ante
fluvium Erize vocatum, ubi est una meta Terrea, & per
ipsum fossatum currit directe ad unum Dumetum, vulga-
riter Rakattya Bokor vocatum, & inde cadit ad fluvium
Igra, et ibi terminantur metae antedictae. Retulerunt
etiam quidem homo Magnitudinis vestrae, & noster testi-
monium, quod praelibati Nobiles de Zaÿth, & Magister Petrus
Praepositus Terram eorum pascualem, quae inter easdem Pos-
sessiones Zaÿth, et Igenew Monostora pecoribus, & pecudibus
eorum, & Jobbagionum suorum, Communiter ad utendum
Commisissent. Datum in Quindenis Festi Beati Georgij Mar-
tyris ante dicti, Anno Domini Millesimo Trecentesimo
Tricesimo Nono. Nos igitur justis, & legitimis petitioni-
bus ejusdem Magistri Petri Praepositi dilecti Capellani
nostri annuentes Consensum, literas ejusdem Honorabilis
Capituli Ecclesiae Budensis formam Judicij nostri in
facto depositionis Juramenti exprimentes, de verbo
ad verbum praesentibus inseri fecimus, promittentes, ut
cum praesentes Nobis fuerint reportatae, in formam nostri
Privilegij redigi faciemus. Datum in Vissegrad, in Festo
Sanctae Trinitatis Anno supra dicto. Secundarum vero
dispositio, series, & continentia verbalis est, & sequitur
tali sub verborum forma. Serenissimo Principi Domi-
no Domino Sigismundo Dei gratia Romanorum Regi
semper

Semper Augusto, ac Hungariæ &c. Regi, Capitulum Ecclesiæ Agriensis Orationes in Domino debitas, & devotas perpetua cum fidelitate. Noverit vestra Serenitas, Nos Litteras vestras summo cum Honore recepisse in hæc verba. Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex, Semper Augustus, ac Hungariæ &c. Rex, Fidelibus nostris Capitulo Ecclesiæ Agriensis Salutem & Gratiam. Dicit Nobis Andreas, Filius Joannis de Hatászeteö in sua, ac Joannis Filii Benedict, & Stephani magni fratrum suorum Patruelium de eadem personis, quod dicta Possessio ipsorum Hatászeteö vocata in Comitatu de Zolnokexteri existens, ipsos Iure Iuxis tiento Concernens, legitima Reambulatione & novarum metarum erectione plurimum indigeret, si Contradictio Cujuspiam ipsis non obviaret in hac parte. Super quo Fidelitati vestræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis Hominem pro Testimonio fide dignum, quo præsente Benedictus vel Nicolaus de Vaja, aut Petrus de Nyre, sive Emericus, seu Andreas Paras dictus, sive Nicolaus Filius Jacobi de Sáry, aliis absentibus Homo noster ad faciem prædictæ Possessionis, Vicinis, & Commetaneis suis universis, inibi legitime Convocatis, & præsentibus, accedendo, reambulet eandem per suas veras metas, & antiquas, novas inter veteres in Locis Necessariis erigat, reambulatamque & ab aliorum Iuribus possessionariis metaliter separatam, & distinctam relinquat præfatis Andreæ, Joanni, & Stephano, cum cunctis suis utilitatibus Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit Contradictum, Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos Contra Annotatos Andream, Joannem, & Stephanum nostram in præsentiam, rationem Contradictionis eorum reddituros. Et post hæc ipsius Possessionariæ Reambulationis seriem cum Cognitibus metarum, & locis earundem, nominibusque Contradictorum, & Evocatorum si qui fuerint, Terminoque assignato Nobis fideliter rescribatis. Datum Budæ Feria Sexta proxima ante Festum Nativitatis Virginis Gloriosæ Anno

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Duodecimo. Re-
gnorum Nostrorum Anno Hungariae Secundo, Romanorum
vero Secundo. Nos itaque mandatis vestrae Serenitatis, in Omnibus
obedire Cupientes, ut tenemur, Secundum earundem Litterarum
vestrarum Continentias, una Cum praenominato Benedicto de
Vaja, Homine vestro, in eisdem Litteris vestris inter alios
nominatim expresso, Nostrum Hominem videlicet Franciscum
Presbiterum Rectorem Altaris Beatae Annae Matris Ma-
riae, in dicta Ecclesia Nostra fundati, ad praemissa pera-
genda Nostro pro Testimonio transmisimus fide dignum, qui
demum exinde ad Nos reversi, Nobis uniformiter retule-
runt isto modo. Quomodo ipsi Die Dominica proxima post
Festum Exaltationis Sanctae Crucis proxime praeteritum,
ad faciem praedictae Possessionis, una Cum vicinis suis uni-
versis, uti legitime Convocatis, et praesentibus accedendo eam-
bulassent, eamque per suas veras Metas, et antiquas, novas juxta
veteres in Locis necessariis erigendo, reambulatamque, et ab
aliorum Juribus possessionariis Metaliter separatam, et di-
stinctam relinquissent, praefatis Andreae, Joanni, et Stephano,
Cum Cunctis suis utilitatibus Jure ipsis incumbenti perpe-
tuo possidendam, Et prout Moris est, et hujus Regni Consuetu-
do diebus, et Terminis ad id aptis, et sufficientibus, in facie
ejusdem Commorantes, Nullo penitus Contradictore apparente.
Metae autem praedictae Possessionis Hatászeker per eosdem
hoc Ordine distinctae, et separatae extitissent, Quod primo
incepissent penes magnam viam, quae de villa Hatászeker
praedicta transit versus Meridiem, ad villam Vajsate penes
longum fossatum, ubi erexissent Metam Terream, et ab inde
per eundem fossatum eundo ad Occidens per magnum spa-
tium flectendo ad Septemtrionem, penes quandam viam,
quae transiendo Villam Alcs, penes magnum fossatum, quod
venit de praedicta Hatászeker, ubi fecissent Metam terream,
ab inde itaque versus Septemtrionem procedendo pervenissent
in portum Tyra, ubi Signum Metale terreum ostendissent,
ac duos Rubetos Rakattya = Bokor reperissent, et ibidem Sig-
num Metale erexissent, Sic itaque et Metas praedictae Posses-
sionis ibidem terminassent, In cujus rei memoriam, firmi-
tatemque perpetuam praesentes Concessimus Litteras Nostras
Privilegiales, Minoris Sigilli Nostri Munimine roboratas.

Datum

Datum Adeciorro Die diei Reambulationis praevisatae Anni Domini supradicto. Nos igitur justis, et legitimis petitionibus supranominatorum Georgii Dobrody, alias Kibő Parochi [?] de Possessionis Tajoll, ac Nobilium Blasii Kun, Petri Rega, et Michaëlis Nagy Incolarum ejusdem Possessionis Tajoll tam propriis, quam reliquorum Coincolarum suorum Nominibus et personis factis, exauditis, ac prout decet, et tenemur inclinati easdem Literas Privilegiales, Nobis modo praevio exhibitas, et praesentatas, quoad omnes earundem Continentias, Clausulas, et Articulos eatenus, quatenus eaedem rite, et legitime exivisse, emanasse, viribusque earundem veritas suffragaretur, Non abrasas, non Cancellatas, Nec in aliqua earundem parte suspectas, et viciatas, sed omni prorsus vicio, et ambiguitatis Scrupulo Carentes, et destitutas, praesentibus Litteris Nostris Transumptionalibus sine diminutione et augmento, variationeque, et transpositione aliquali, prout videlicet eaedem exhibitae sunt Nobis, et praesentatae, in primis Protocollo Nostro inseri, et inscribi facientes, paria, sive exemplar earundem Vocce praesenti Litterarum Nostrarum Transumpto, autenthici Sigilli nostri Munimine roborata, dolo et fraude quibusvis semotis, Ipsorum earundem futuram ad Cautelam Necessarie extradandas duximus, et Concedenda. Communi suadente justitia. Datum Feria Secunda proxima post Festum Beati Michaëlis Archangeli. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo.

~~M.~~ Cum originali Comproratum

Anno 1774 Die 17ma Jan. Egregii Joannes Csák, Andreas
500 Rajaly de Kiss-Csoltó, item Georgius Nagy, in Vto Capto personaliter Constituti. Constituerunt Procuratores in Genere, praefati vero
Domino ut pote Joannes Csák, et Georgius Nagy in Plenipotentiarium Andream Rajalyi usque ad revocationem. ~~M.~~ Cum originali Comproratum

501 Anno 1774. Die 28va January Egregius Simon Ferdinandus Olerszki Locumtenens Personaliter in Capto Constitutus, Constituit in Plenipotentiarium suum Spectabilem Dominum Ladislaum Halay de Nagy-Haló usque ad revocationem.

502 Anno 1774 Die 1ma Mensis Februarii Nobilis Domina Maria ~~M.~~ Cum originali Comproratum
Nagy de Öemény Egregii Joannis Sárkösi Contharalis in Capto Personaliter Tenens, constituit Procuratores in genere.